



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Modi LX Sacræ Orationis variè Formandæ**

**Kojałowicz, Kazimierz Wijuk**

**Antverpiae, 1668**

Modus Decimus Octavus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69292](#)

VII.  
port  
atus  
ve-  
ju.  
lum  
va-  
e di-  
UM  
alia  
est:  
ten-  
iisle  
7CH-  
· &  
id,  
erru-  
rus  
iu-  
una  
um  
itii  
niti  
lam  
pus  
cer  
37.  
C  
ium

## MODUS DECIMUS SEPT. 93

omniū mutabilium immutabiles manent origines, & omnium rationabilium, & irrationabilium atq[ue] temporalium, sempiterna vivunt rationes: tūm, illud sincerae Philosophiae edictum, alto corde figere. Nosce tempus. Fugax illud o[mn]i homo Christiane est, & cum fugit, te secum rapit. Nosce tempus; Inconstans est, & cum mutatur, mutat. Nosce tempus; Breve est, & æternitate immensa ac tua clauditur, Nosce tempus. Insuper, certis & statis, horis, casibus, eventibus, apud D E U M determinatum est. Nosce tempus. Est hora qua DEUS vult adversis probari. Nosce tempus, ne infidelis inveniaris. Est hora, qua te vult alloqui; Nosce tempus, ne auribus surdis & corde indurato deseraris. Est hora qua vult converti. Nosce tempus, ne cum particula bonæ diei præterierit, in posterum, gratia efficaci indignus judiceris.



## MODUS DECIMUS OCTAVUS.

Conficitur ex Thesi & Hypothesi: quando scilicet, primum in genere & universaliter, de aliqua materia tractatur: tum in specie, sive in particulari. Potest autem, hac ratione sermonem instructurus dupli modo procedere: aut in Exordio Thesim tractando & hypothesis, confirmandam proponendo: aut utrumque pro confirmatione assumendo. E. g. Dominica II. à Pentec, ad illa verba

## 94 MODVS DECIMVS OCTAV.

verba Matth. 7. Apprehendit eum de turba seorsum tractari posset primo generaliter. Turbam semper esse conversantibus incommodam. Unde Sapiens. Quoties inter homines fui, semper minor redii. Secundo particulariter. Illis tamen potissimum, gravia incommoda tandem adferre, qui volunt à vitiis curari. Hos oportet cedere deturbi cum hoc surdo. Unde de electis. Is. 32. *Et erit vir, sicut qui absconditur à vento, & celat à tempestate.* Cant. 8. *Fuge dilecte mi.* Idem docuit Dominus in suscitatione filiæ Principis Matth. 9. Nam *cum ejecisset turbam, intravit, & tenuit manum ejus & dixit.* Puella surge sancta sanctorum, qualis anima DEO placens, debent oppandi velo. Exod. 26. Similiter Dominica 12. à Pentecost. ad illa verba Beati oculi qui vident, quæ vos videtis Luc. 10. posset primo Orator, generaliter agere. Quod, post ascensum Christi ad cælos, ad huc Beati multum sint, oculi fidelium, qui vident in signis & Cærenniis sensibilibus, Christi Domini expressionem & representationem. Nam ejus Majestatis & Potestatis, imago est visibilis vicarius Christi. Sapientia, admirandus ordo Ecclesiæ Bonitatis; Receptione pænitentium. Prædicationis, Concionatores, Cultus divini, & Sacrificii in cruce oblati: Altaria, & vera in iis Sacrificia, diversissimarum denique gratiarum, valde multiplices & sanctæ cæmoniæ, quibus mortua fides heretica caret. Secundo, Ageret de speciali gratitudine oculorum ex eo proveniente quod usurpent species, sub quibus, verè, ac realiter Christus D. existit.

PRA

## PRAXIS.

Dominica 7. post Pentecosten.

*Attendite à falsis Prophetis qui veniunt in vestimentis ovium Matib. 7.*

**A**cceſſus & Propoſitio. Quid eſt quod Servator & Magiſter noſter non jubeat atten-di ad falſos Prophetas, qui veniunt in furore leo-num, in dentibus luporum ſed in veſtibus ovium? Ni mirum docet noſ Periculofiores eſſe occultos, quam apertos inimicos, praefertim in particula-ri, cum inimici habentur pro amicis.

Confirmatio conſtat, ex Thesi & Hy-potheſi. Thesiſ

*Periculofiores occulti quam aperti inimici.*

In promptu cauſa ex V. Beda. *Malus, ubi ſe ſi-mulat bonum, ubi eſt pefſimus & vetus monitum cla-mat. Anguem in herba veñenum ſi palam propine-tur quis furnat? Hiftis ſi palam invadat, quæ mu-fca non ſe fuga, aut morſu vindicet?* Diu aperto Marte Abner & Joab decertavere. 2. Reg. 2. Vi-citus Abner, ſed non peremptus. Aſſumpta deinde à Joabo ſimulata fides 2. Reg. 3. *Adduxit tum Joab ad me-dium portæ ut loqueretur in dolo, & percuffit illum in ſanguine & mortuus eſt.* Scribit Tacitus Lib. 12. Mithridatem invictum bellis plurimis, confeſſiſſe tandem ut cum Adamisto filio Regis Hyberi pa-ciſceretur, à quo in templum pellec-tus, cum fædus ex more gentium paſtus, manum vinciendam porrigit; Adamistus decidiffe vincula ex manibus

ſimu-

simulat, & se inclinans Mithridatis genua invadit, eumque sternit. Sic invictus ab hoste aperto, cadit ab occulto. Verissimè pro his, ac innumeris D. Cyp. in Epist. Plus timendus, & cavendus inimicus, cum latenter surrepit. Huc referas illud Davidis Psalm 67 v. 9. *Increpa feras arundinis, Congregatio taurorum, in vaccis populorum.* Id est, da occasionem hosti latenti, & experieris quod qui latebat tanquam vipera contempta, sub arundineto: effrascet: ut taurus lasciviens ac mugiens, ut excludat patientiam, etiam probatam: & cogat Dei opem in clamare, ac dicere: *Disperge illos qui bella volunt.*

### Hypothesis.

Tunc maximè periculosi occulti inimici, cum habentur pro amicis. De his Chrys. conformiter ad sensum Evangelii. *Multa ovium vellera, in numeri ubiq<sub>z</sub> lupi sub his occultati: ut jam inter hostes tutius aliquis vixerit,* quam inter eos qui vocantur amici. Quid ita? Cū dicitur. *Eamus, faciamus, pudeat non esse impudentem,* D. Aug. Confes. 3. cap. 8. Quid ita? quicquid inimicus optaret, amantes volunt. 6. de Benef. Seneca. Quid ita? omnis amicus dicit, & ego amicitiam copulari, sed est amicus, solo nomine amicus, Eccl. 37. Nonne tristitia inest usque ad mortem D. Volfrangus, quod Aldericum nepotem amasset & quo magis in morte exclamavit. Utinam non nossem Aldericum, cui quoniam & quo magis afficiebar, non sinor ingredi cælum, impunitus. O si liceret, morientibus omnibus, talia libere profiteri! quam innumeri exclamarent. Utinam

tinam non nossem hunc amicum, illam amicam,  
hunc pædagogum, illum puerum; quos quia æquo  
magis amabam, non sinor introire in Regnum cæ-  
lorum. Monet ergo Sapiens Proverb. 27. *Diligenter*  
*agnosce vultum pecoris tui, tuosq; greges considera,*  
*non enim habebis jugiter potestatem, sed Corona tri-*  
*buetur, in generationem & generationem.* Hebræa  
legunt: *An corona in generationem & generationē?*  
Nota interrogationem? An? & à te sæpius requi-  
re. An pecus quod intueris, an vellus amicitiæ, sit  
tibi in coronam? Nam nisi sit, hostes & lupi sunt,  
non amici, nec oves, quamvis vellere amicitiæ te-  
gantur.



## MODUS DECIMUS NONUS.

**E**X occasione sensus Evangelii, assumitur locus  
alterius scripturæ ex veteri testamento, aut ex  
Epistolis Apostolorum, qui sensui Evangelii illu-  
strando, aut explicando conferat. Totus deinde  
sermo, assumpto loco innititur, atque conformiter  
ad argumenti exigentiam perficitur. E. g. in Festo  
S. Mariæ Magdalenæ, eximiè posset tractari locus  
Isa. Cap. 35. *Ei qua erat arida, erit in stagnum, & siti-*  
*ens in fontes aquarum. In cubilibus, in quibus prius*  
*Dracones habitabant, orietur viror calami, & jun-*  
*cī. Et erit ibi semita & via, & via sancta vocabitur.*  
Similiter Dominica 16. post Pentec. ad illa ver-

G ba